



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

17. An servæ, quæ à Domino ad turpia solicitantur, acquirat libertatem? Et an doctrina hujus quæstionis extendenda sit ad, masculum etiam servum, si Dominus ad turpia illum compelleret; vel quia ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

De Seruis, seu Mancipiis. Resol. XV. &c. 437

RESOL. XV.

An serui in casu quo possint licite fugere, si inueniantur, possint à Dominis puniri?
Et an seruitus possit praescribi inter absentes 20 annos bona fide, & inter presentes, an decem anni sufficiant?
Et quid, si mala fide fugiant, an efficiantur liberi post 30 annos? Ex part. 7. tr. 7. Ref. 40.

§. 1. Vppono ex dictis supra seruos, & mancipia bello etiam iusto capta, veluti Turcas & Mauros iustè, & licet posse fugere, & iunari res & consilio ad talem fugam (quia qui iure potest aliquid licet, & iuste facere, potest etiam ad id consilio, & opera iuuari) modò fugiant in propriam patriam, vel in alia Regna vbi libertatem consequuntur, vel ad Civitates amicas, veluti Turcas ad Mauros, non tamen ut vagentur per Regna, & loca vbi sunt ferui.

* Sup. hoc supradicta Ref. 11. p. 1. ad medii. vesp. 11. fact. 2.* His suppositis, quero an possint licet domini huicmodi seruos punire, quando illis constat, quod ad suos, vel ad regna vbi sunt liberi, effugiant. Lef- fius lib. 2. cap. 1. 5. de modo acquir. domin. dub. 5. numer. 27. affirmit, non quod illi peccent fugiendo, sed quod hoc priuilegium de fuga videtur illis con- cedunt, cum hoc onere in fauorem dominorum, si- cut in carcere detenti licet possunt fugere, & rumpere carceres & tamen si comprehendantur iuste puniuntur, leg. 1. ff. de effrastoribus. Alij autem dicunt nullo pietate licitum esse dominis illos ob eam fugam punire: si autem id faciunt, ideo est, quia illi non constat de fuga ad suos, & quia presumunt eos fugere ad diuagandum.

3. Notandum est tamen hic obiter, quod seruitus potest praescribi inter absentes 20 annis cum bona fide, unde si serui fugiat ad diuagandum inter Christianos bona fide, putans se non esse captiuum, & 20 annis maneat inter Christianos, praescribit seruitutem, & manet de iure liber, inter presentes decem anni sufficiunt ad praescribendam libertatem: sic docent communiter Doctores, Petrus Navarra lib. 3. cap. 1. numer. 210. & statuit in leg. 13. titul. 29. part. 3. docet Gregor. Lopez ibi; si ve- rò fugiat mala fide, efficitur liber post triginta annos; sed hoc de Iure Civili, & Cesareo; nam de iure Canonico nunquam praescribit mala fidei pollesst, post latam tamen sententiam de libertate poterit in conscientia acquiescere: quia leges prescritionis ad pacandas etiam conscientias latas fuerunt.

RESOL. XVI.

An Christiani mancipia infidelium teneantur in con- scientia soluere gabelas à Principibus imposi- tis?
Et an Princeps etiam Infidelis possit tributa impone- re soluenda à Christianis per eius Regnum tran- saeuntibus? Ex part. 7. tract. 7. Ref. 66. alias 65.

§. 1. Resolutio huius casus dependet ab illa Qua- stione, An principes Infideles habeant au- thoritatem imponere gabelas soluendas à Christianis, & de hoc Dubio ego alibi egī; & ad illud nouissime sic responderet Eminentissimus Cardinalis de Lugo de iustit. 10. 2. diffut. 3. 6. Ref. 1. v. 16. Dubitatur ultiō, an author Princeps etiam Infidelis possit tributa imponere soluenda à Christianis per eius Regnum transaeuntibus.
Tom. VII.

Negant aliqui eiusmodi tributa à Christianis deberi. Ita Hostiensis, Antonius, Tabiena, Archidiaconus, Angelus, Rosella quos afferit Sanchez dicto c. 4. dub. 5. Alij ē contra docent, deberi haec tributa omnibus Principibus Infidelibus sum quia hosti etiam est fides seruanda, cap. innocens, 2. 2. q. 4. cap. noli, 23. q. 1. Tum etiam quia licet Princeps Infidelis iniuste alienum Regnum usurpet: illud tamen dominum non pertinet ad mercatores transaeuentes, sed ad Princepem Christianum, cuius Regnum illud erat; quare non possunt mercatores compensari sibi usurpatione tri- buti: ita Rainierius apud Sylvestrum verb. gabellæ, §. quæst. 4.

2. Tertia sententia verior distinguit inter Princeps Infidelem iusto titulo possidentem Regnum, & illum, qui iniusto titulo illud possidet iniuste Christianis ablatum. Primo itaque debentur tributa etiam à Christianis transaeuntibus, vel negotiantibus; Secundo non debentur, nisi praecedat pactum de illis soluendis. Ita Valquez dicto cap. 6. dub. 1. n. 2. 1. & alijs, quos afferit, & sequitur Sanchez dicto dub. 5. Probatur prima pars, quia illi sunt veri & legitimi Principes, quare ab omnibus iure natura debetur illis quicquid Principi debitum est: Ergo sicut Christiani transaeuentes per Regnum alterius Princeps Christiani, debent ibi tri- buta iusta soluere, sic etiam debebunt transaeuentes per Regnum legitimi Princeps infidelis. Secunda ve- rò pars probatur, quia illi non sunt veri Reges, nec ha- bent titulum: non ergo obligant eorum leges vtpote à potestate non habente condita, & per conse- quens tributi lex non obligat Christianos illuc transaeuentes.

3. Hanc doctrinam limitant Primiō, vt etiam pra- cedente pacte de soluendis tributis, non sit obligatio soluendi, quando pactum non fuit liberum, sed metu extortum à Principibus secundi generis. Ita Rosella apud Sanchez n. 6. qui eam limitationem approbat. Secundiō limitant, vt debent etiam eisdem Principi- bus tyrannis tributa solvi, quando sine periculo, scandalo, aut mendaciis negari non possent. Ita idem Sanchez n. 8. Denique Tertiō limitant, vt debent eisdem solvi, si Princeps illi Infidelis pacem fecisset cum Re- ge Christiano, ad quem Regnum illud pertineret, soluendo ei pro Regno tributum annum: tunc enim iam ex voluntate veri domini, & non tyrannice Re- gnum possideret, Ita cum Medina, & Corduba idem Sanchez n. 9. Huc velque Eminentissimus Cardinalis de Lugo.

4. * Et ideo ad casum propositum ex supradicta * Sup. hoc in doctrina cum supradictis limitationibus affero Chri- tom 8. tr. 7. stianos Mancipia Turcarum non esse in conscientia Ref. 38. §. vlt. astrictos soluere eorum gabellas; nec obstat eis serui- tus, nam nomine tantum sunt feci, sed reuera liberi- fuit. Et ego in facti contingentia probabiliter con- folui, cum olim eissem Rector Theologus Regiae Ar- chiconfraternitatis Redemptionis Captivorum Regni Siciliae: Nam quidam Christianus à nobis redemptus à Mauris, cum ibi haberet parvum peculium per inter- medium personam negotiabatur, & aliquando gab- belas defraudabat; Et ego tūd eum liberali à supradicto scrupulo.

RESOL. XVII.

An serue, qua à Domino ad turpia solicitantur, ac- quirant libertam?
Et an doctrina huius questionis extendenda sit ad masculum etiam seruum, si Dominus ad turpia illam compelleret, vel quia inhumaniter illum tractat, an absque peccato etiam fuga ei li- ceat?

Oo 3

Et

Et area, que hic seruus post fugam acquirit, domino acquirat? Ex part. 7. tr. 7. Ref. 13.

§. 1. **A**D hoc dubium sic respondet Machadus de perfect. Confess. tom. 2. lib. 6. part. 7. t. 13. docum. 9. n. 4. Si quando el señor solicita, e impone necesidad a su esclava para que peque con el, consiga libertad, no consta expresamente del Derecho. Con todo esto comunmente sienten los Doctores, que en tal caso pide ella con buena conciencia bursfi de su señor, e tratarse como libre, o pedir ante la infiaria que la venda. Si bien otros Autores Clasicos fundados en la ley que trata desta materia desieren, que puede en tal caso la esclava de quien ha usado mal el señor, implorar el auxilio del Obispo pidiendo libertad; y que deue el Opifio, constandole dello, compeler con censuras, y todo rigor de Derecho al señor, a que conceda libertad a la esclava, por auer visto mal della. Una glossa celebre de la ley citada ann dize, que todos los Doctores han entendido siempre, que por la dicha ley puede el Obispo por si, dar la libertad a la esclava. Ita ille; cui ego addo Fagundez de Inst. lib. 2. c. 6. n. 1. Molinam tom. 1. tract. 2. disp. 38. Trullenbach. in Decal. tom. 1. lib. 5. c. 2. dub. 6. n. 2. Et reuelate hanc doctrinam cum Domino meo Eminentissimo Cardin. de Lugo de inst. tom. 1. disp. 6. sect. 4. n. 30. puto extendendam esse ad masculum, etiam seruum, si dominus ad turpia compelleret.

2. Sed pone seruum a domini sui seruitute se subtraxisse, quia vel a domino incitabatur ad peccandum, & rogatus desistere solebat, vel quia inhumaniter tractabat, in quibus casibus seruis fugam absque peccato licete omnes Doctores docent; quareitur, an ea, qua hic seruus post fugam acquirit, domino acquirat? & Respondetur affirmativè, nam vere adhuc illius dominii seruus est, & cessantibus his causis ad eum reverteri tenetur; qui solum ad evitandum animæ, vel corporis notable periculum fuga licet, suo autem dominio dominus ideo spoliandus non erit, nisi forte tanta esset domini inhumanitas, vt meritorum libertatem acquireret, cuiusmodi est illa, de loquitur text. in l. unica, §. sed scimus, Cod. de latina libertate tollenda, vbi si don inus ad serui languidi curam ipse sufficeret, & ad xenodochium mitteret, libertatem in seruis acquireret, & succedere ei talis dominus minimè posset. Et hæc omnia docet noster Megala, in par. 2. lib. 2. c. 19. quest. 3. n. 33. Sed limitanda venit eius doctrina in casibus, in quibus serui dominium acquirere possunt, ut supra vñsum est.

RESOL. XVIII.

An si Dominus consentiat in matrimonium serui persona liberæ ignorante, seruus acquirat libertatem?

Idem dicendum est, si Dominus ancillam in vxorem tradat, homini libero seruitutis non ignaro, si tamen Dominus doris instrumentum ancilla conficiat. Ex part. 7. tract. 7. Ref. 14.

§. 1. **R**espondeo quod si persona libera matrimonium contrahat cum serua ignorans seruitutem, domino vel tradente, vel certe sciente, & non detegente seruitutem, eo ipso serua persona sit libera ex Auth. de nuptiis, §. si vero ab initio, & est communis Doctorum. Idem est, si dominus ancillam in uxorem tradat homini libero seruitutis non ignaro, sed tamen dominus doris instrumentum ancilla conficiat: ex l. unica, §. sed & si quis homini, iuxta auctor. ad hoc C. de latina libertate tollenda. Et hæc omnia docet Machadus t. 2. lib. 6. part. 7. tr. 13. docum. 9. n. 6. Eminentissi-

mus Cardinalis Lugo de inst. tom. 1. disp. 6. sect. 4. Hurtad. de inst. disp. 1. disp. 22. & ali.

2. Non definam tamen hic adnotare quod Redilius q. 13. n. 6. dicit, quod in foro interno dominus non tenteretur ad dandam libertatem, quando per ignorantiam inincibilem, & fine animo decipiendi in casibus praeditis ita se gereret, ut non intenderet villo modo ancillæ libertatem dare.

RESOL. XIX.

An seruus possit adoptari, & adoptatus an acquirat libertatem?

Et cum Dominus, actis interuenientibus, seruum filium suum nominat, an seruus acquirat libertatem? Ex part. 7. tr. 7. Ref. 15.

§. 1. **V**ustinianus Imperator in Inst. lib. 1. sit. de Adoptionibus, §. vi. sic respöder. Apud Catone bone scriptum est: fert antiquitas, seruus si a domini adoptari, ex hoc ipso possit liberari. Vnde & nos credimus in nostra constitutione etiam eum seruum, qui e domini actis interuenientibus filium suum nominaretur, librum esse constitutus; licet hoc ad ius filii accipiat, et non sufficiat. Ita Imperator. In quibus vel explicantur duo manu manūflos modi. Primo quoque levius conditionis homo, si a domino suo adoptetur, ex ipso etiam sine alia manumissione liber consummatur. Secundò, cum dominus actis interuenientibus seruum filium suum nominavit. Prior species libertatem quidem, sed non ius filii servu tribuit: et quod seruus adoptari a domino proprio non possit, vñdixit leg. vlt. ff. de stat. hom. & leg. vlt. ff. hoc tit. Vñdixit h. n. 3. Borcholt. Giphanius, & Hettmannus Enciat. 2. Ideò autem per adoptionem illam, libertas potius, sine precedente aliqua manumissione, leviter collata intelligitur: cum quin alias adoptio illa habeat prorsus effectum habet, tum quia specie differt, testes, probantes, patria scilicet, & dominica, mutuò considerant, aut coherere non possint: nempe ut aliquis & via filii familiæ, & veri serui vice fungatur. Vultenebus, & Myndinger. n. 2. Altera species similiter ratione nuntiatur, quod nimirum etiam nominatione filii liberas confitatur, ne aliqui planè inutiliter illam faciem qui existimet: cum ad ius filii, sine (vñ loquuntur) filiatione ea minime proficit. l. unica, §. similiq[ue] medo 10. C. de Latina libertate tollenda. Vnde vulgatum aximam illud: si id, quod ago, non valer, vt ago: valeat tamen, vt valere potest: de quo, post Accursum hic & DD. videantur Alciat. l. 1. parad. c. 6. & Salomonius in leg. Galliar. §. quidam recte ff. de lib. & psb. Item illud in ambiguis eam capienda interpretationem, que facit ut actus valeat potius, quam pereat. l. querit 12. §. 1. vbi est, 21. ff. Aereb. dub. l. cogit. 16. in fine principi. ad Senatus. Treb. l. in obscur. 179. ff. de reg. imp. 2. Sed circa supradicta Eminentiss. Card. de Lugo de inst. tom. 1. disp. 6. sect. 4. n. 36. acutè, & docebat dubitum, & ait: cum filiatio naturalis fortior multò sit, quam filiatio adoptiva; quo modo seruus per adoptionem ex ipso fiat liber: cum tamen ipsi filii naturales ex propria ancilla suscepit non sicut iure ipso liber, sed possint manere, & de facto manere seru, nisi pater ex expreſſe, vel tacite libertate donauerit.

3. Sed hoc respondet filiationem naturali pfectam, & legitimam afferentem, secum ins ad hereditatem paternam. & ad patris honores, maiorem quidem vim habere, & magis intus se, quam adoptionem, quæ minus intrinsecè filio adoptione competit; filiationem tamen naturalem illegitimum, seu quæ non tale ius ad hereditatem & alia emolumenta afferat, non habere tantam vim. Ratio autem & p[ro]p[ri]etatis filio